



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 4. De Professione fidei a Papa emittenda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV. fenti decreto additur: quod Cardinales  
 A.C. 1436. antequam scrutinium inchoent, antequam  
*sanctis Evangeliiis jurent, eum eligere in Pon-*  
*tificem, quem credent universali Ecclesie*  
*in spiritualibus & temporalibus utilem, &*  
*tantæ dignitati idoneum.*

## §. IV.

*De Professione Fidei a Papa*  
*emittenda.*

*Labb, ibid.*  
*pag. 558.*

II. Synodus statuit, quod electus in Pa-  
 pam illico professionem fidei emittat juxta formam in Sessione XXXIIII Concilii Constantiensis præscriptam: *ego N. electus in Papam, omnipotenti Deo cujus Ecclesiam suo præsidio regendam præscipio, & beato Apostolorum Principi Petro de & ore confiteor, & profiteor, quod, quoad diu in hac fragili vita constitutus fuerim, me firmiter credere, & tenere fidem Catholicam, secundum traditionem Apostolorum generalium Conciliorum, & aliorum sanctorum Patrum, maxime autem Sanctorum Conciliorum universalium, videlicet primi Nicæni, secundi Constantinopolitani, tertii Ephesini, primi & quarti Chalcedonensis, quinti & sexti item Constantinopolitani, septimi Nicæni, octavi quoque Constantinopolitani, necnon Lateranensis, Lugdunensis, Viennensis, Constantiensis & Basileensis generalium etiam Conciliorum, & illam fidem*



usque ad unum apicem immutilatam servare  
 & usque ad animam & sanguinem defendere  
 & prædicare. . . . Juro etiam prosequi  
 celebrationem Conciliorum generalium, &  
 confirmationem electionum, juxta decreta sa-  
 cri Basileensis Concilii.

Sæcul. XV.  
 A.C. 1436.

Ne vero lapsu temporis hæc tam salubris  
 institutio de memoria summi Pontificis ela-  
 batur, decretum fuit, ut singulis annis die,  
 quo anniversarium electionis vel coronatio-  
 nis suæ celebratur, intra Missarum solemniam  
 primus Cardinalis publice, & alta voce co-  
 ram summo Pontifice eam relegat, eumque  
 admoneat, ut ad promissa diligenter at-  
 tendere, & prædicta omnia pro honore  
 Dei & salute animæ suæ, necnon uti-  
 litate universalis Ecclesiæ omni virium  
 contentione observare curet. Idem hoc  
 decretum prolixo admodum sermone re-  
 liqua Pontificiæ dignitatis officia prose-  
 quitur, v. g. *Ne summus Pontifex sangui-  
 nis trahi videatur affectu magis quam ju-  
 dicio rationis, ne ullum de cetero consangui-  
 neum, vel affinem usque ad tertium gradum  
 inclusive, Ducem, Marchionem, Comitem, vi-  
 carium, gubernatorem civitatis, castri, for-  
 talitii aut loci Romanæ Ecclesiæ faciat, nec  
 super his jurisdictionem, seu potestatem ali-  
 quam habere permittat, ut, scandalis obvieu-  
 tur, quæ (experientia teste) sæpe secuta  
 sunt.*